



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

Qvæstio XCVIII. An autem in templis imagines tolerari non possunt, quæ  
pro libris sint imperitæ multitudini?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

quit, nec se cuiquam ostendit: Quoad nostrum intelligendi modum, qui phantasma speculator, effigiari potest. Atque ut illud est secundum Scripturam; sic hoc non est contra, quin est iuxta eandem.

*b* Deu. 27.15. Maledictus homo, qui fecit scupltile, & consilatil, abominationem Domini. &c.  
*df* RESP. Eo fine, ut Adoretur, verum est.  
*e* Deut. 7.5. Araseorum, scilicet Idololatrarum, subuertite & confringite, statuas & sculptilia comburite. 4. Reg. 18.3. 4. Fecitque quod erat bonum coram Domino: ipse dissipauit Excelsa, & contrivit statuas, Confregitque serpentem aeneum. f Psal. 96.7. Confundantur omnes qui Adorant sculptilia g Leuit. 26.1. Non facietis vobis idolum & scupltile, nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra,  
**WT ADORETIS** eum. Deut. 12.3. Dissipate araseorum, & Confringite statuas, & idola comminuite &c. Adorantium ea diuino cultulatriæ.

## QUÆSTIO XCVIII.

*An autem in templis imagines tolerari non possunt, quæ pro libris sint imperite multitudini?*

<sup>†</sup> Maxime *non* <sup>†</sup> sed *Maxime possunt ac debent tolerari*. Neque enim decet nos imaginum ritum, usum, accultum, negando, sapientiores esse Deo, qui suâ Ecclesiastiam <sup>a</sup> & mutis simulacris <sup>a</sup>, <sup>b</sup> & via prædicatione verbi sui vult eruiri <sup>b</sup>.

<sup>a</sup> Ier. 10.8. 10. Hab. 2.18; 19. Zach. 10.2. b Lu. 16.29. Ioh. 5.39. 2. Tim. 3.16. 17.

<sup>a</sup> Ier. 10.8. *Doctrina vanitatis eorum* Quotum? Idololatrum, lignum & argentum, involuum opus artificii &c. Dominus autem Deus verus est, ipse Deus viuens.

RESP. Deus, & Imago Dei, differunt totogenere infinitè: Sic & utriusque cultus,

Hab. 2.18. Quid prodest scupltile, quia fixit illud fictor suis consilatil, & imaginem falsam; quia sperauit in signamento fictor eius, ut faceret simulacra multa?

RESP. Ut supra, scil. Ut adoraret.

Zach. 10.2. Simulacra locuta sunt inutile, & diuini viderunt mendacium. Et somni, stores locuti sunt frustra, vanè consolabantur: idcirco affligerunt &c.

RESP. Ita Gentiles: at nos Christiani minime sumus Gentiles.

*b* Luc. 16.29. Habent Moysen & Prophetas, audiant illos; Ioh. 5.39. Scrutamini Scripturas: illæ sunt, qua testimonium perhibent de me. 2. Tim. 3.16. Omnis Scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad dōcendum.

*b* RESP. Oportet ista facere; & imaginum cultum non omittere. Docet Scriptura; docet & pictura seu sculptrura suo modo: Hanc vide; illam audi: ex utraque edificeris..

## DOMINICA XXXVI.

## QUÆSTIO XCIX.

*Quid sancit Deus † secundo precepto?*

RESP. Ut non solum execrando, aut peierando <sup>a</sup>, verum etiam temere iurando <sup>c</sup>, nomen Dei contumeliosè aut irreuerenter ne usurpemus: neue racendo aut conniundo, horrendis istis sceleribus communicemus <sup>d</sup>: sed sacro sancto Dei nomine non nisi summa cum religione & veneratione utramure: ut vera & constanti confessione, inuocacione, omnibus deniq; verbis & actionib. nostris, ipse celebretur <sup>b</sup>.

<sup>a</sup> Leuit.